16/

comitis de Mansfelt, qui tunc aderat, ibidem Gerbstede fuit sepulta. Eo tempore Conradus marchio de marinis partibus rediens, cum in partes Bavarie venisset, nuncium de morte uxoris accepit statimque, ubi sepulta esset, sollicite requisivit. quo cognito + simulque de eo, qui consilium dederat, comperto, graviter ferens omnis ira cione asseruit se eam comitem Hogerum de Mansfelt, ut suis manibus effoderet, compulsurum, quod ita factum est. Denique cum redisset marchio, Hogerus indignacionem eius erga se et causam indignacionis intelligens nec aliter nisi reddito corpore marchionisse gracia eius se impetraturum, nocte quadam, dimidio iam anno a sepultura transacto, Gerbstede cum suis clam venit, persuasisque pecunia custodibus, eam effodiens tulit et Wettin castro, ubi ex condicto marchio eius expectabat adventum, adduxit. Sicque sub ipsa nocte prosequente marchione Conrado in Serenum Montem sancti Petri adiecta est ibique sequenti die honorifice sepulta. Porro marchio in die sepulture eius XVIII mansos ad dotem trium altarium, que pro monasterio + dedicanda erant beato Petro pro requie defuncte obtulit, sex mansis singulis altaribus deputatis.

Anno igitur M°C°L°I° Conradus marchio abbaciam Nimicensem, quam parentes ipsius fundaverunt, videns propter tenuitatem redituum et eciam pravitatem et sterilitatem terre nacione situs non posse subsistere eam auctoritate apostolici Eugenii pape preposito monasterii sancti Petri studuit incorporari, cuius privilegium sequitur et est tale: –

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro Conrado marchioni salutem et apostolicam benediccionem. Litteras nobilitatis

a) agnito C.
a) dasl C.
+ f. CCLVI c.
a) Kruperer C.
e) reddito C.
f) marchionisse C.
g) et C.
b) marchionis C.
adverta?
i) reliquum spatium columnae 256c, 15 lineae vacuum relictum est.
+ f. CCLVI d
h) mansos C.
nunciensem C.
i) sterelitatem C.